§ 51			iuxta canonum statuta cum excommunicatione interdixit. Ipsosque laicos clericorum aperte incontinentium officia audire per bannum prohibuit et sic illorum incontinentiam satis prudenter refrenavit. Huius autem constitutionis maxime auctor fuit Hildebrandus, tunc Romane ecclesie archidiaconus, hereticis maxime infestus.
§ 52	**Purchardus** comes **et** frater eius **Wezil de Zolrin** de quibusdam militibus licet minoris conditionis de Ysinburc **occiduntur**.	**Burchardus et Wezil de Zolorin occiduntur.**	
§ 53		Ecclesia Nemetensis dedicatur. Et Agna imperatrix, depositis regalibus vestimentis, sacro velamine circundata.	His temporibus Agna imperatrix, depositis regalibus vestimentis, velamine sacro sese Christo dedicavit, in opidum Fructerciam se contulit.
§ 54	**[ĪLXII.]**[b] **Sexto**[c] **Id. Febr. terremotus, fulgura et tunitrua facta sunt. Pestilenncia et mortalitas subsecuta multos extinxit.**	**MLXII. VI. Idus Febr. terraemotus, fulgura et tonitrua facta sunt. Pestilentia et mortalitas subsecuta multos extinxit.**	MLXII. VI. Idus Februarii terremotus, fulgura et tonitrua facta sunt. Pestilentia et mortalitas subsecuta multos extinxit, et fames magna facta est.

b) *fehlt A.* c) Sexta *A.*